

Momenta MENSOR corporum, Olympicos  
Sagax rotatus U R A N I E, bonos

ASTRAE Amores, conditique  
Lustrat opes P H Y S I C E alma mundi.

O prædicandæ Cælituum dapes,  
Vel nectare omni ac ambrosia cibo  
Salubriores ! o levatrix  
Omnigeni Panacea morbi.

Divina sunt heic omnia. Debitæ  
Sed nec carebunt præmio adoreæ,  
Et has locupletare & illas  
Cura sedet quibus acriis, Artes.

Quos temet inter SCHU L T E S I A E novum  
Gentis parentem, cur ego pauperis  
Vates o A N T O N I Caménae  
Prætenui celebrem cicutâ,

Quem parta dudum gloria candidis  
Migrare pennis caput ad astra; quod  
Doctisque plebeioque vulgo  
Teutonici teres auctor oris

Recludere omnes non dubitaveris  
Libro eruditio Pythagoræ  
Gazas arenæ, luculentâ  
Difficiles prius Algorismos

In luce ponens; seu numerabilem  
Tractare censu simplice calculum,  
Quacunque seu proportione  
Cura siet reperire Summam;

(:) iiiij

Geometrarum